



Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma



Año LYIII. 15 DE FEBRERO DE 1917. Núm. 3.º

SUMARIO: Secretaría de Cámara: Edicto de Ordenes generales y Circulares sobre Funciones de Desagravios y Predicadores cuaresmales.—Carta de Su Santidad acerca del VII Centenario de la confirmación de la Orden de Santo Domingo.—S. Congregación de Sacramentos: Sobre la validez del bautismo.—S. Congregación de Religiosos: Solución de dudas acerca de la salida de postulantes y validez del noviciado y profesión de religiosas.—Presidencia del Consejo de Ministros: Real Decreto cambiando la denominación de algunos pueblos de esta provincia.—Colección de la Epifanía.—Homenaje Nacional al Sagrado Corazón de Jesús.—Movimiento del Personal.—Bibliografía.

Secretaría de Cámara y Gobierno

ÓRDENES GENERALES

Su Señoría Ilma. y Rvdma. el Obispo mi Señor, ha determinado, con el auxilio de Dios, celebrar órdenes generales mayores y menores el día 24 de marzo próximo, Sábado de Pasión.

Los que aspiren a recibirlas presentarán en esta Secretaría de mi cargo, antes del día 1.º de marzo, las solicitudes y demás documentos necesarios, conforme a lo prescripto en el Edicto publicado con el mismo objeto en 28 de abril de 1905, y a lo dispuesto en el título XII, parte 3.ª, de las nuevas Sinodales del Obispado.

Los exámenes se verificarán el día 1.º de marzo y los que fueren aprobados entrarán a practicar ejercicios espirituales el día 14 por la tarde en el lugar que se les designe.

Burgo de Osma, 10 de febrero de 1917.

Lic. José A. Castro Valcarce,
Canónigo, Secretario.

FUNCIONES DE DESAGRAVIOS

Como todos los años anteriores, encarece nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo a los Sres. Curas Párrocos y demás encargados de iglesias que celebren funciones de desagravios en los días de Carnaval, promoviendo comuniones generales y reuniendo a los fieles en piadosos ejercicios, en los cuales podrán exponer solemnemente el Santísimo Sacramento y no omitirán el Rosario ni la predicación de la divina palabra.

Burgo de Osma, 12 de febrero de 1917.

Lic. José A. Castro Valcarce,
Canónigo, Secretario.

PREDICADORES CUARESMALES

Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo les recuerda a todos los Sres. Sacerdotes que hayan de predicar en la diócesis los sermones de Cuaresma la obligación de prestar el juramento contra el modernismo ante Su Señoría Ilustrísima o su delegado especial.

Burgo de Osma, 12 de febrero de 1917.

Lic. José A. Castro Valcarce,
Canónigo, Secretario.

CARTA DE SU SANTIDAD

con motivo del séptimo centenario de la confirmación de la Orden de Santo Domingo.

AD R. P. LUDOVICUM THEISSLING, ORDINIS DOMINICIANI
MAGISTRUM GENERALEM, APPETENTÍBUS SOLLEMNIBUS
OB ORDINEM ANTE ANNOS DCC LEGITIME CONFIRMATUM.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem.
—In coetu sodalium Tertiariorum Sancti Dominici, qui abhinc tribus annis actus est Florentiae, cum praesentes Nos quoque cum pluribus Episcopis adessemus, valde probantibus et suadentibus Nobis, statutum est ut per sollemnia, quae appropinquabant, exeuntis anni septingentesimi ab Ordine Dominiciano legitime confirmato, conventus, eiusdem generis at longe maioris celebritatis, Bononiae haberetur. Non sane tum suspicabamur quid de personae Nostrae humilitate Deus in proximum tempus decrevisset: sed ad celebrandum institutum et memoriam sanctissimi Patriarchae propriis et peculiaribus quibusdam causis videbamus adduci, qui et sacrorum eius cinerum quasi tutores et custodes essemus, et in alumnis disciplinae eius qui ad numerum beatorum caelitem essent adscripti, unum de gentilibus Nostris coleremus. Nunc autem, quoniam arcano Dei consilio accidit ut, saeculari hac sollemnitate adveniente, iam non in Petronii sede, verum in ipsa Apostolorum Principis cathedra collocati simus, consentaneum est a Nobis, immortalium in Ecclesiam meritorum, praeterquam Nostrae privatae necessitudinis, rationem haberi, inclitoque Ordini singulare aliquod dari testimonium apostolicae caritatis.

Proeclarae quidem laudes familiae Dominicanae, tamquam divino spiritu instinctus praenuntiasse dicendus est decessor Noster, Honorius III: qui, cum Ordinem, ante novem annos conditum, sua constitu-

tione, edita die XXII mensis decembris a. MCCXVI, sanxisset ratumque habuisset, eo ipso die ad legiferum Patrem iterum apostolicas litteras dedit hoc exemplo: «Nos attendentes fratres Ordinis tui futuros *pugiles Fidei et vera mundi lumina* confirmamus Ordinem tuum. Quae quam vere dixerit, eventus rerum qui deinceps usque ad nostram memoriam acciderunt, aperte ostendunt.

Nam, quod ad eorum pro Fide operam et contentionem attinet, constat nullos unquam fuisse qui oppugnatores christianae sapientiae fortius his repellent aut constantius. Ante omnes Albigensium, quos quidem ad debellandos divinitus excitati sunt, quanta virtute fregerunt audaciam! tum Catharis et Patarinis, tum Hussitis et Novatoribus, tum ceteris qui consecuti sunt, haereticis quam strenue, quam docte, docendo, concionando, scribendo, repugnarunt! Nec raro ex iis exstiterunt, qui Fidei professionem profuso sanguine consecrarent: unus instar omnium sit Petrus ille Martyr quo potissimum filio Ecclesia Veronensis gloria- tur.—Quo autem studio refovere ac tueri integritatem Fidei vitaeque christianae vulgo consueverint, quis ignorat? Ut cetera mittamus quae sunt ab eis in hanc rem salubriter instituta, ut Collegium Sodalium a sanctissimo nomine Iesu, ut sodalitium a Sacramento augusto, ut Tertius Dominicanorum Ordo, profecto e manibus Dominici alumnorumque eius magnum illud «adversus haereses et vitia praesidium» accepit Ecclesia quod Rosario Mariali continetur.—Nec vero in propagandis Ecclesiae finibus minus impigre utiliterque elaborarunt. Iam inde ab initio Ordinis multum profecisse novimus sacras eorum expeditiones ad barbaros Asiae et superioris Africae, plurimum in ipsa Europa: praesertim autem salutare Polonis et Hungaris fuisse. Atque, ubi primum America patuit, novum inmensumque campum apostolico suo labori apertum putarunt sodales maxime ex Hispania. In eo

igitur ita sese omni dein tempore exercuerunt, ut uberes cum salutis animarum fructus perciperent, tum solidae gloriae. Clarissima in eo numero sunt nomina Ludovici Bertrandi et Bartholomaei Las Casas quorum alter virtutum splendore miraculorumque magnitudine illustria Apostolorum renovavit exempla, alter, indigenas non modo e Satanae servitute eripiendo, sed etiam ab improborum hominum dominatu et iniuria protegendo, merito nobilitatus est inter vindices humanae dignitatis.—Denique, id quod sinceram incorruptamque Fidem vel maxime indicat, in Dominiciani Ordinis commendatione ponendum est praecipuum ac perpetuum obsequium eius erga hanc Apostolicam Sedem. Etenim, cum pontificia potestas caesareae potestatis contumacia impugnaretur, silentio praetereundum non est, tum alios tum hos sodales in primis, quia Pontifici fidelissime studerent, indigna perpe-ssos esse; quotiescumque autem de tuendis aut illustrandis Pontificatus Romani iuribus ageretur, Dominicanos in primis semper fuisse qui ea defenderent aut illustrarent. Ceterum, dum Catharinae Senensis memoria *in benedictione* erit, satis Dominicanae familiae cum apostolica Sede singularis necessitudo constabit.

Quod vero lucem huc usque mundo attulerint, primum doctrina, sane dubium arbitramur esse nemini. Compertum est omnibus quantam operam omni tempore posuerint in studiis optimis, quibus quidem verae humani generis progressiones ad bene vivendum :diuvantur; nec attinet de iis commemorare sodalibus qui, et ingenio et maximarum rerum scientia abundantes, ponderosa sua scripta immortalitati commendarunt. Quis enim, gravioribus imbutus litteris, non miretur Alberti Magni, Antonini, Caietani volumina? Quis, severis disciplinis deditus, modo cum discendi studio amorem Ecclesiae sanctae coniungat, non maximi faciat, non vehementer diligat non religiosissime sequatur Thomam Aquinatem, cuius certe

doctrina, divinae providentiae munere, illuxit Ecclesiae ad verum confirmandum omnesque in reliquum tempus errores convincendos? Atque huic Ordini laudi dandum est non tam quod Angelicum Doctorem aluerit, quam quod numquam postea, ne latum quidem unguem, ab eius disciplina discesserit.—Iam ad hanc lucem eruditionis illa addenda est, vel divinius, sanctimoniae. Plurimos enim ex hac religiosa familia, ab eius primordiis ad hanc diem, eosque alios aliis clariore, innocentissime vita acta sustulit in caelum, unde, tamquam sidera, iter christianis populis ad omnem virtutis excellentiam collustrarent. Chorum quodammodo ipse ducit Dominicus Pater, ac post eum mirifica in varietate minorum luminum enitent vel Aquinas, vel Ferrerius, vel canonum ordinator, vel Virgo Senensis, vel illa quae australes Americae oras sanctitatis laude princeps honestavit. Quae qui consideret, non mirabitur si de Ordine Dominiciano apud Apostolicam Sedem, quam quidem quattuor ex eius alumnis sanctissime obtinuerunt, magna semper opinio fuit. Inde enim Romani Pontifices saepe quaesivere, quos vel in amplissimis dignitatum gradibus constituerent, et quibus munera vel gravissima mandarent. Ac certa quaedam officia quae in Fidei tutelam constituta sunt, huic Ordini, quasi ad commendandam disciplinae eius doctrinaeque integritatem, in perpetuum attribuerunt.

Nos vero, dilecte Fili, haec respicientes, primum auctori et largitori bonorum omnium Deo ingentes gratias agimus, quod legiferi tui Patris institutum usque adhuc sua benignitate promovit, supplicesque adhibemus preces ut simili modo etiam in posterum illud fovere atque adjuvare velit. Tunc tibi et tuis sodalibus, quotquot triplex iste Ordo complectitur, gratulamur ex animo; vosque ut dignos et Parentis tam magni filios et vestrorum maiorum haeredes praestare perseveretis, hortamur. At ipsi tibi, quod sub faustae celebrationem memoriae summum Ordinis magisterium

orsus es, bono auspicio esse ducimus; optamusque prosperum cursum tui muneris et Ecclesiae frugiferum.—Quo autem ista saecularia sollemnia, quae in diem XXII proximi decembris incident, uberiore cum fructu gaudioque spiritus celebrentur, ea placet pontificalis indulgentiae augere muneribus. Itaque omnibus qui quamlibet aedem aut publicum oratorium primi, alterius tertiique Ordinis Dominiciani inviserint, ubi eadem sollemnia in triduum aut eo tantum festo die haberi contigerit, dummodo usitatis conditionibus satis fecerint, plenariam peccatorum veniam semel indulgemus. Praeterea damus ut non solum saecularis solemnitatis die, sed etiam aliis duobus triduanae supplicationis, ubi haec fiet, Missam de S. P. Dominico recitari liceat.

Auspicem interea caelestium donorum, ad Nostrae paternae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, atque universae Dominicianae familiae apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXIX mensis octobris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

VALIDITATIS BAPTISMATIS

Revmus Ordinarius S., haec retulit huic Sacrae Congregationi:

«Ad tribunal ecclesiasticum huius Dioeceseos in-
»ductus est quidam casus circa validitatem matrimo-
»nii, quae validitas dependet a validitate baptismatis.
»Jamvero baptisma ita collatum fuit. Aderat piscina:
»ministellus acatholicus protulit verba *ego te baptizo*
»consona ritui Ecclesiae; at ipse non infudit aquam,
»nec sponsam submersit, sed, prolatis verbis, ipsa

› sponsa descendit in piscinam et percurrens aquam,
› ipsa se submersit.›

Hinc petit ut S. Congregatio respondere dignaretur: *An validum dici possit baptisma in casu.*

Adnotanda.—I. Nulla difficultas in hac re oriri potest ex parte ministri, quatenus sectae acatholicae addicti. Non enim agitur de licita, sed de valida tantummodo collatione sacramenti.

II. Uti certum hic praesupponitur ministellum acatholicum protulisse integram formam: *ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Id satis aperte innuitur ex relatione ipsius Ordinarii, affirmantis ministellum protulisse verba: *ego te baptizo* consona ritui Ecclesiae. Jamvero ritus Ecclesiae tum latinae, tum graecae praescribit, uti formam substantialem baptismatis, formulam praedictam cum invocatione trium Personarum SSmae. Trinitatis, quae tradita fuit directe a Christo Domino; ita ut si minister protulisset tantummodo verba: *ego te baptizo*, baptisma esset certo invalidum.

III. Casus, prout exponitur, manifestat, post prolationem formae evenisse applicationem materiae: *prolatis verbis, ipsa sponsa se submersit*, Communis doctrina est ad validitatem baptismatis non requiri unionem physicam materiae et formae, sed satis esse unionem moralem, quae habetur tum si fiat ablutio immediate antequam forma absolvatur tum si fiat immediate post. Haec unio moralis videtur exstitisse in casu exposito, quia innuitur immediata successio inter prolationem verborum et descensum mulieris in piscinam. Proinde ex hoc capite non apparet ratio invaliditatis baptismatis.

IV. Sed potior et ineluctabilis difficultas contra validitatem baptismatis in casu exurgit ex applicatione materiae, quae minime facta fuit a ministro.

Doctrina catholica certissime tenet ab uno eodem, que ministro poni debere materiam simulque formam

baptismatis proferri: secus enim forma: *ego te baptizo ego te abluo* falsitate laboraret. S. Thomas (*Summa Theol.*, III p., q. 67, a 6 ad 3) ait: «dicendum quod integritas baptismi consistit in forma verborum et in usu materiae; et ideo neque ille qui tantum verba profert, baptizat, neque ille qui immergit. Et ideo, si unus verba proferat et alius immergat, nulla forma verborum poterit esse conveniens.»

Rituale Romanum (tit. II, cap. I, n. 10), paucis perstrigens doctrinam catholicam circa praedictam unionem faciendam ab uno eodemque subiecto, praescribit: *idem sit aquam adhibens et verba pronuntians.*

At in casu exposito nulla ratione innuitur ministrum aliquid externe peregrisse ad applicandam aliquo modo materiam subiecto, immo contrarium exprimitur. Dicitur enim: *ipse (ministellus) non infudit aquam, nec sponsam submersit, sed, prolatis verbis, ipsa sponsa descendit in piscinam, et percurrens aquam, ipsa se submersit.* Patet igitur baptismum ex hoc capite invalidum censi debere.

Emi ac Rmi. Patres huius S. Congregationis, omnibus mature perpensis, in plenario conventu habito die 17 novembris 1916, proposito dubio: *An validum dici possit baptismum in casu*, respondendum censuerunt: *Prout proponitur, negative.*

† ALOISIUS CAPOTOSTI, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RELIGIOSORUM

BEATISSIME PATER:

Religiosarum Visitator dioecesis Matritensis-complutensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae, provolutus, Humiliter implorat solutionem dubiorum, quae sequuntur:

I. An postulantes egredi possint e clausura papali

die in qua habitum suscepturae sint, ut eum suscipiant, et obiter parentes, notos et amicos domi invisent. Et quatenus negative.

II. Utrum egeant ad ejusmodi egressum venia Apostolicae Sedis, vel satis sit consensus Ordinarii.

III. An Moderatrix domus religiosae votorum simplicium, non tantum dioecesani sed et juris pontificii obedire teneatur Episcopo ab ea documentum requirenti certiore ipsam faciens de ratione qua Sacerdos domus religiosae sua munera, Capellam, scilicet, vel Confesarii obeat. Et quatenus affirmative.

IV. An Episcopus Moderatrici sibi reluctanti poenas infligere possit, et usque ad ejusdem depositionem ea de causa pervenire.

V. An in domo-novitiatus Sororum votorum simplicium de consensu dumtaxat Episcopi ante *Normarum* approbationem erecta, liceitate ac validitate gaudeant novitiatus et professiones quae tam ante quam post praedictam approbationem peractae sunt et peraguntur.

VI. An liceat Instituto votorum simplicium in multis domibus, collegiis, etc. novitium habere.

VII. An fas sit ejusdem generis Instituto postulantibus in unica domo novitiatus colligere et, transacto ibi primo novitiatus anno, in diversas domos distribuere et hinc vota earum temporalia accipere.

Sacra Congregatio Negotiis Religiosorum sodalium praeposita, re mature perpensa respondendum censuit prout respondet:

Ad 1. Negative.

Ad II. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam partem.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Affirmative quoad aliquam poenam mere disciplinarem; negative quoad depositionem vel aliam

similem poenam; sed recurrendum tunc, in casu particulari, ad S. Congregationem de Religiosis.

Ad V. Affirmative accedente saltem implicita approbatione S. Sedis.

Ad VI. Affirmative, scilicet: licet per se habere plures novitatus et licet constituere novitatum in alia domo in ejus parte convenienter vel alia domus parte separata et novitatus idonea; sed pro Institutis juris pontificii ad novos novitatus erigendos licentia praevia requisitur S. Congregationis de Religiosis.

Ad VII. Prout proponitur, negative.

Romae die 7 Novembris 1916.—† D. CARD. FALCONIO EP. VELIT. Praef.—† ADULPHUS EPUS. CANOPITAN. Secrius.

PRESIDENCIA DEL CONSEJO DE MINISTROS

REAL DECRETO

De conformidad con el Presidente de Mi Consejo de Ministros; de acuerdo con el mismo Consejo y con el parecer de la Comisión permanente del Consejo de Estado,

Vengo en aprobar la reforma propuesta por la Real Sociedad Geográfica, cambiando de denominación a los 573 Ayuntamientos de España en aquélla comprendidos, los cuales, en lo sucesivo, se designarán con los nombres que especifica, la siguiente relación, que se insertará en la *Gaceta de Madrid* y *Boletines Oficiales* de las provincias y publicaciones oficiales de los Departamentos ministeriales.

Dado en Palacio a veintisiete de junio de mil novecientos dieciseis.—ALFONSO.—El Presidente del Consejo de Ministros, ALVARO DE FIGUEROA.

Provincia de Soria.

Almenar, partido de Soria, se llamará Almenar de Soria.

Ausejo, partido de Soria, se llamará Ausejo de la Sierra.

Bocigas, partido de Burgo de Osma, se llamará Bocigas de Perales.

Canredondo, partido de Soria, se llamará Canredondo de la Sierra.

Carbonera, partido de Soria, se llamará Carbonera de Frentes.

Castejón, partido de Agreda, se llamará Castejón del Campo.

Espeja, partido de Burgo de Osma, se llamará Espeja de San Marcelino.

Esteras de Lubia o de Soria, partido de Agreda, se llamará Esteras de Lubia.

Fuentelsaz, partido de Soria, se llamará Fuentelsaz de Soria.

Herrera, partido de Burgo de Osma, se llamará Herrera de Soria.

Langa, partido de Burgo de Osma, se llamará Langa de Duero.

Ledesma, partido de Soria, se llamará Ledesma de Soria.

Matanza, partido de Burgo de Osma, se llamará Matanza de Soria.

Monteagudo, partido de Almazán, se llamará Monteagudo de las Vicarías.

Portillo, partido de Soria, se llamará Portillo de Soria.

Póveda, partido de Soria, se llamará Povédola.

La Revilla, partido de Almazán, se llamará La Revilla de Calatañazor.

San Andrés de Soria o de Almarza, partido de Soria, se llamará San Andrés de Soria.

Serón, partido de Almazán, se llamará Serón de Nájima.

Tardajos, partido de Soria, se llamará Tardajos de Duero.

Torrubia, partido de Soria, se llamará Torrubia de Soria.

Los Villares, partido de Soria, se llamará Los Villares de Soria.

Villaverde, partido de Soria, se llamará Villaverde del Monte.

COLECTA DE LA EPIFANIA

(1917)

	<u>Pesetas</u>
Valdenarros.....	1 25
Guzmán.....	1 75
Berlangas de Roa.....	1 80
Fresno de Caracena.....	1 70
Navas del Pinar.. ..	3 10
Las Cuevas de Soria.....	1 >
Casanova.....	3 >
Peñalba de Castro.....	2 50
Ines.....	1 >
Miñana.....	1 >
Boada.....	1 75
Arauzo de Torre.....	1 75
Talveila.....	1 >
Sotos de San Esteban.....	0 55
Aldea de San Esteban.....	0 95
Rejas de San Esteban.....	0 80
Villabuena.....	3 >
SUMA.....	<u>27 90</u>

Homenaje Nacional al Sagrado Corazón de Jesús

	<u>Pesetas.</u>
<i>Suma anterior</i>	318 35
D. Manuel Caballero, Párroco de Espeja.....	1 >
> Julián Muñoz, íd. de Almarza.....	1 >
D. ^a Agapita Mater, de íd.....	1 >
D. Ignacio Sanz, de íd.....	1 >
D. Pedro del Pozo, Profesor del Seminario.....	1 >
Párroco y feligreses de Villar del Ala.....	2 >
D. Anastasio Llorente, Párroco de Arévalo.....	1 >
> Nicolás del Burgo, íd. de Barcebalejo.....	1 >

Párroco y feligreses de Andaluz.....	2	»
D. Jenaro Lucas, Párroco de Cidones.....	1	»
» Casimiro Encabo, Párroco de Palacios de la Sierra.	1	»
» Saturio González, íd. de Zazuar.....	1	»
» Víctor Benito, de íd.....	1	»
D. ^a Crisanta Martín, de íd.....	1	»
D. Máximo Lázaro, Párroco de Zuzones.....	1	»
» Felipe Lázaro, de íd.....	1	»
Varios feligreses de íd.....	1	15
D. Filadelfo Lucas, Párroco de Rejas de San Esteban.	1	»
» Máximo Andrés, íd. de Moradillo de Roa.....	1	»
D. ^a Saturaia Sanz, de Covaleda.....	1	»

A 0'75 cada uno de los siguientes: don Tomás Muñoz, de Almarza; doña Andrea Pérez, de íd.; doña Abdonata Mata, de íd.; don Mauricio Muñoz, de íd.; doña Francisca Sanz, de íd.; don Francisco García, Párroco de Covaleda; varios feligreses de Hacinas; a 0'50: don Gregorio Muñoz (difunto); doña Margarita las Heras (difunta); doña Maravillas Mateo, de Almarza; doña Lucila Saizpardo, de íd.; doña Lorenza López, de íd.; doña Juliana López, de íd.; don Benito Arancón, de íd.; doña Ascensión Sánchez (difunta); don Manuel Sánchez, (difunto); doña Eusebia Bados, (difunta), doña Bernardina Ruiz, de Almarza; doña Juliana Sanz, de íd.; doña Juana Martínez, de íd.; don Sandalio Casado, (difunto); don Martín García, de Almarza; doña Ana Casado, de íd.; don Eugenio del Burgo, (difunto); doña Hermenegilda Vallejo, (difunta); don Nicolás Vallejo, (difunto); doña Agapita López, de Barbalejo; don Mariano García, Párroco de Peñalcazar; don Felipe Cabrerizo, íd. de Brías; don Miguel Sanz, de íd.; don Marcos Charle, de Burgo de Osma; don Francisco Monzón, Párroco de Canicosa; doña Saturaia Abad, de íd.; doña Luisa Vinuesa, de Zazuar; doña Brígida Causín, de íd.; don Vicente Perosanz, de íd.; don Pedro Bartolomé, de íd.; don Antolín García, de Covaleda; doña Celia García, de íd.; don Félix Tamayo, Párroco de Villanueva de Carazo; doña Visitación Izquierdo, de Rejas de S. Esteban; doña María Gil, de Moradillo de Roa; D.^a Eugenia Gil, de íd.; D.^a Lorenza Sanz, de íd.; D.^a Catalina Arroyo, de íd.; doña Angela Sanz, de íd.; don Teófilo Ruiz, de íd.; don José Cornejo, de Torregalindo; doña Juliana Martín, (difunta); doña Gertrudis Gil, de Burgo de Osma; doña Vale-

riana Alonso, de íd.; doña Juana Catalina, de íd.; doña Obdulia García, de íd.; don José Brun, (difunto); don Ventura Brun, (difunto); a 0'40: don Victoriano Rejas, de íd.; a 0'37: don Roque Leal, de Zuzones; a 0'35: doña Florentina Gil, de Burgo de Osma; doña Victorina Andaluz, de íd.; don Ruperto Cabrerizo, de Soto de San Esteban.

Suma y sigue..... 371 57

MOVIMIENTO DEL PERSONAL

Necrología.—El día 9 del corriente, falleció piadosamente, confortado con los auxilios espirituales, D. Cipriano Aylagas de Miguel, Cura Párroco de Las Cuevas de Soria y Arcipreste de Villabuena, a los 66 años de edad. Pertenecía a la Hermandad diocesana de Sufragios del Clero.

Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo se ha dignado conceder 50 días de indulgencia a sus diocesanos por cada obra de piedad o misericordia que apliquen en sufragio del finado.

Nombramiento.—Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo se ha dignado nombrar Arcipreste de Villabuena el día 10 del corriente a D. Celestino Zamora Ramos, Párroco de Quintana Redonda.

BIBLIOGRAFIA

Anuario Eclesiástico, 1917.—E. Subirana, Edit. y Lib. Pontificio, Barcelona.

Consta de dos volúmenes, el de Agenda de 152 páginas y el propio de más de 1000; contiene completísimas secciones de estadística eclesiástica de Roma, España y América, con innumerables datos y la vista y descripción de todas las Catedrales de España y el Episcopologio de todas las Diócesis, y publica diversos artículos de prestigiosas firmas, muchas ilustraciones y un mapa de la provincia eclesiástica de Burgos. Pero lo que descuella sobre todos estos trabajos, por su extraordinaria utilidad, es el completísimo índice general de las parroquias de España por orden

alfabético, con expresión del número de almas, municipio, diócesis y provincia respectivas y con la indicación de si tiene ferrocarril, telegrafo, teléfono, etc.

No es de menor importancia para los Sres. Párrocos, la sección de predicación que comprende notables homilias y planes para las dominicas del año litúrgico, escritos por el P. Jaime Pons, S. J.

Véndese en todas las librerías católicas al precio de 5'50 pesetas, para el público y de 3'50 para los poseedores del *Anuario* de 1916 y para los suscriptores de revistas y periódicos de la Buena Prensa.

Diurnale juxta Editionem typicam Vaticanam a Dño. Angelo Mendez, Presbytero, in propria officina impressum.

Esta hermosa edición económica del Diurno en papel obscuro y con tipos claros, y segunda parte del Breviario editado por el benemérito sacerdote Sr. Méndez, merece la atención y el aprecio del venerable clero.

Hállase en casa del editor (Ponzano, 65, Madrid), al precio de 2 pesetas en tela y 3'50 en medio chagrín. Otra edición en tipos mayores a 3 y 5 pesetas respectivamente.

Discurso del Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo de Barcelona Dr. D. Enrique Reig y Casanova en la sesión del Senado del 18 de diciembre de 1916 sobre las dotaciones del Clero.-Barcelona, 1917.

El magnífico discurso del venerable Prelado barcelonés se ha publicado en un elegante folleto de 32 páginas.

Pobreza del Culto y Clero en España por el P. José de Güenechea, S. J.—Bilbao, 1916.

La redacción de las notabilísimas revistas *Sal Terrae* y *Mensajero del Corazón de Jesús* ha salido a la defensa del clero en este admirable librito, que contiene un verdadero arsenal de argumentos y razones en pro de la campaña librada recientemente para obtener del Gobierno el aumento del presupuesto eclesiástico. Deberían leerlo y meditarlo todos.